

benè morati pulchrè munita omnia. Si circuletur
quis omnem Germaniæ orbem : urbem urbi istic si-
mitem haud inveniet, quo ad mores, statuta & ubi
omnia tam plæclarè constituta, ubi in tali multitu-
dine ad magnitudinem sic parata & ad manū sunt
omnia. Si felicissimos incolas alijs comparem, eos
& tractandarum omnis generis artium veluti gen9
hominum novum suspiciunt reliqui. Ejusmodi ce-
leritas, ut multis raritas & novitas, quicquid alijs
eximium, illis exiguū. quid multis? nihil facile de-
est, quod naturæ aut fortunæ tributum est. Viget
illic summa felicitas & sine labore quasi facilitas ex
prudentiâ oritur Merito itaq; Noribergam dixerit
quis Fontem Scientiæ, prudentiæ Montem feracis-
simum nullius non floris, jucunditatis atq; honesta-
tis. Unde recondita multa haurire, ubi permulta
colligere & eligere quilibet potest. Interim vobis
verè in Europæo orbe, illius Magnæ, MAGNI Consi-
liarij, dono partū parvū tessera dulcissimæ recorda-
tionis vestræ. Spero, si non scripto, saltē affectu pla-
cebo: ut admittatis orationē, quā affectu comitor,
affectū quē scripto velut testor. Crevit ab aspectu i-
ste cult9. Semel inspecta urbs placuit, sæpius aspecta
ac perspecta placebat in dies magis. Si non omnia
ponderata & ingenio ac judicio pariter magna, à
vobis magna fient & pondus accipient. Valete, Vi-
ri Magnificentissimi & Reipub. navis magnæ illi9;
Magni & periti undiq; Gubernatores.